

BENNO DVX SAXONIAE INFERIORIS.



Benno filius fuit Hermāni Billīngi primi Saxo-niæ eius familiæ ducis. Itaq; post patris obitū anno 980 dux electus, paternarum uirtutum egre-gius imitator fuit, atq; inferioris Saxonię ducatum plurimum extulit. Cum autem Vandalarum gen-tem ad ueram religionem perducere studeret, Ste-tinensis ducis filiam uxorem duxit, atq; per eā Bar-baris Christi doctrinam patefecit. Ex ea Brunonē, Bernhardum, et Dietmarum filios procreatuit, quo rum posteritas diu in Saxonia præfuit. Cū hoc mo-do Benno prudentia & dexteritate diu suam ditio-nem administrasset, tandem obiit, & ducatum suis filijs gubernādum reliquit. Alb. Crantz, in Sax. lib.